

Bibliothèque numérique

medic@

**Pietre, Nicolas - candidat / Le Febvre,
Albert - président. - An à flatu
indicatio refrigerandi.**

1597.

[Paris]

Cote : ms 73 n°263

AD QVODLIBETARIAM

QVÆSTIO MEDICA

MATVTINIS EXAGITANDA DISPVTATIONIBVS IN SCHOLIS

Medicorum die Iouis 27. Nouembris clarissimo viro D.M. Alberto le Febure doctore,

Medico Regio, moderatore prudentissimo.

An à flatu indicatio refrigerandi.

IN morbis prouide natura est prudentis Medici scopus idem est non agendi modus. Natura, qua solidis tantum partibus insidet, suis insitisque praesidijs satis munita, nulla progressa meditatione morbos etiam grauissimos indicat: Medicus ut ijs quosq. leuissimis medeatur, adiumenta externa adhibet, Xerian, & apuaxius, desiderat, eaque inuenit adhibita ratiocinatione est methodo, qua duobus initijs, soli q. indicijs utitur, affectu contra naturam est affectu corporis natura, hinc similitum, inde contrariorum auxiliorum necessitas, spes, conditioque ostenditur, in quibus prima, secunda, tertia, omnis denique indicatio consistit.

CORPORIS affectus Natura est affectus contra naturam corpori insidens, qui proprie morbus definitur, ut multiplex est, sic varietatem indicationum supeditat: accedunt causa est symptomata, à quibus interdum alia quam ab ipso morbo indicatio agendorum sumitur. A symptomatis quidem rarius, cum noui morbi, aut debiliore natura metum inferunt: A Causis frequentius, non à venere, qua nullam mittendi sanguinis viam praebebat, sed ijs tantum qua externa vel interna morbum fouent, si plures, exploranda, quaeque resoluendo posterior fuerit, vel aestimatione dignior, priorem vel potiorem in medendo locum indicabit.

TQVI flatu omnisque spiritus turbidi est turbulenti qui manifestis cauitatibus, cecisque hiatus corporum concluditur, dua omnino causa continentes sunt, humor multus, crassus, lentus, qui materia viceminet, ut efficientis principij calor externus, qui quo maior, ut in ictero symptomatice, eo magis naturi minuit, eiusque omnes actiones qua à similaribus partibus eduntur, labefactat, solidas partes liquat, optima quaeq. alimenta corrumpit, malos succos generat, nec tenues spiritus animae proxima instrumenta, sed crassos vapores educit, qui suo impetu est caloris aestu dum in varias partes irruunt varia eaque graua symptomata concitant.

IN meningibus Cephalalgiam, vertiginem rotati in cerebri ventriculis, quorum conspectu elisi sternutationem, epilepsiam, fremituque denso tinnitum, offusique oculis caliginem afferunt, in corde palpitacionem cient, in laterum membranis pleuritidem mentiuntur, in ventriculo cholerae siccam, in liene metrorisum pariunt, in pancreate hypochondriacum affectum qui flatulentus appellatur, in capacitatem abdominis erumpentes tympanitem edunt, in anfractibus intestinorum vagi borborum, coërciti est furetes in colo cruciatus colicos mouet, in varicosis ductibus spermaticis æstrum veneris excitulant, in scroto priapismum faciunt, si venosum genus inuaserint, seuas artuum totiusque corporis contractiones moluntur.

RGO in his à flatu est humore vacuatio indicatur, eaque vel occulta sensibus ut de somno, vel manifesta, ut purgatio blanda est si vires ferant phlebotomia frequens, qua refrigerare est ventosam flatuositatem soluere perhibetur: in cephalalgia, vertigine, epilepsia, arteria temporis secatur, in pleuritide flatulenta mediana tunditur, multo magis in palpitacione cordis, ut basilica in inflationibus ventris. Sed ab immodico calore ut impulsore flatuum indicatur ea qua temperant est refrigerant, alimentum boni succi, lac asinae, cremor ptisanæ, vinum aquosum est dilutum, pomatium, balneum aquae dulcis, ceratum refrigerans Galeni ut in priapismo, dulcia quae in bilem vertuntur, sunt que crebra aromata prohibentur acrisque omnia, alii, porrum, nasturtium, silphium, qua quo calidiora eo plures flatus generant.

Ergo à flatu indicatio refrigerandi.

Proponbat Nicolaus Pierre Parisinus anno 1597.

DOMINI DOCTORES DISPVTATVRI.

M. Antonius de Cappe

M. Simon Pierre prof. Reg.

M. Ioannes Duret prof. & Med Reg.

M. Georgius Cornuti.

M. Ioannes le Moyné.

M. Stephanus du Four Med. Reg.

M. Claudius Boyuin.

M. Franciscus du Port.

M. Guillelmus Luffon.

M. Petrus l'Affilé dec. & Med. Reg.